



**R. P. Georgii de Rhodes Avenionensis S. J. disputationum
theologiae scholasticae tomus ...**

Rhodes, Georges de

Lugduni, 1661

Facultas R. P. Prouincialis Societ. Iesv, in Prouincia Lugdunensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81987](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81987)

Facultas R. P. Prouincialis Societ. I E S V ,
in Prouincia Lugdunensi.



AVRENTIVS GRANNON, Prouincialis Societatis I E S V , in Prouincia Lugdunensi, iuxta Priuilegium eidem Societati à regibus Christianissimis Henrico III. 10. Martij 1583. Henrico IV. 20. Nouemb. 1608. Ludouico XIII. 14. Februarij 1611. & Ludouico XIV. 23. Decembris 1650. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque Superiorum permissione imprimant permittit CLAUDIO PROST, Mercatori Bibliopoli Lugdunensi, vt Librum cui titulus est *Theologia Scholastica Tomis duobus digesta Tractatibus duodecim disputata*; Authore GEORGIO DE RHODES Auenionensi, Societ. I E S V , ad sex proximos annos imprimere ac libere diuendere possit. Datum Lugduni die 20. Aprilis 1660.

LAVRENTIVS GRANNON.



OS infra scripti Societatis I E S V Theologi, testamur opus integrum Theologiam vniuersam complectens à R. P. *Georgio de Rhodes* elaboratum, à nobis esse perfectum, adeoque non obseruatum in eo quidpiam, quod à fide, vel pijs moribus alienum, vllive censuræ obnoxium possit videri, vt ex omni parte quemadmodum à pluribus expectatum, & votis pridem publicis expetitur, ita luce publica, manibusque Doctorum dignissimum iudicemus, qua luce, non sine magno studiosorum compendio sit donandum: non enim solum (quod multi) quæstiones Scholasticas omnes suo ambitu comprehendit, sed præterea (quod omnino fecere pauci,) eo ordine iudicioque digestas, ea ingenij subtilitate discussas, ea breuitate definitas, ea perspicuitate disputatas exponit, vt nec numerus sit incondita turba, nec detrahat soliditati subtilitas, nec luci breuitas, aut profunditati faciat iniuriam perspicuitas, quod non tam animo nostro, quam ingenuæ veritati dictum existimabit à nobis testimonium, quisquis ingeniosius positam in eo voluntando suam operam volet. Lugduni 3. Idus Septemb. 1660.

IOANNES ALBT.

FRANCISCVS DE S. RIGAVD.

GABRIEL LAVRENTIVS ROT.

PRIVILEGE